

Alte Drucke

**THESES || DE APOPLE=||XIA AD QVAS PRAE-||SIDE
IOHANNE BOKELIO &c. || Respondebit || PRO GRADV
DOCTO-||RATVS CONSEQVENDO || In Illustri Iulia academia**

...

Bökel, Johann

Helmstadii, 1586

VD16 ZV 31091

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn.unibibliothek.de:gbv:ha331149164

11.

THESES
DE APOPLE
XIA AD QVAS PRAE-
SIDE IOHANNE BOKELO &c.

Respondebit
PRO GRADV DOCTO-
RATVS CONSEQVENDO
In Illustri Iulia academia
Helmitadiana.

MELCHIOR CRVSCHIVS.



HELMSTAD II
Excudebat Iacobus Lucius. Anno
M. D. LXXXVI.



THESES

DE APOELI

XIA AD QVAS PRAE
SIGILLIUM SORORIOL

STOGLIA DODA CORDA
BONITATEM ET VIRTUTEM,

IN HONOREM MARIAE,
MATERIS DEI.

METHODUS CRISTOCRIS



ANNO MDCCLXV
AD EDITIONEM PRIMUM

ALIAS ET ALIO

Hactenus in genere de morborum caussis, & eorum differentiis disputauimus, consequens nūc est, ut de morbis in specie, eorumq; caussis, & differentiis agamus.

I. In quo communem, ac vſitatem seruabimus methodum à capite incipiendo, & ordine per singulas partes ad pedes descendendo singularum partium morbos examinabimus.

II. Ac primò de morbis capitinis frigidis differemus, quibus frequentius caput ob naturalem ipsius cerebri tēperiem frigidam adſicitur.

III. Inter morbos autem capitinis frigidos is præcipuus est qui Apoplexia dicitur, à symptomate ſic nominatus, q; ægri, fulmine quaſi percussi, priuati omni ſenu, & motu ſubitō concidant.

V. Sunt qui syderatos vel attonitos hoc morbo-correptos appellāunt, quòd numine aliquo effenſo cœlitus hic morbus immitti crederetur, vnde diuinum morbum Plato vocauit in synopſio Deorum.

VI. Quidam veterum guttam appellauère, quòd aquæ quaſi gutta ex cerebro in cor delapsa ſubitō eius calorem extingueret.

VII. Gaza ſtupidos & attonitos vertit: ſed, adfectus maior est.

VIII. Est autem ipſe morbus vel morbi eſſentia, mala cerebri, & ventriculorū eius dispositio, cum vel ſine materia, qua ventriculi in cerebro, neruorum principia, arteriæ ac venæ ſoporales contrahuntur vel obſtruuntur, & spiritibus vitalibus ex corde in cerebrum alſenſus, Animaliibus per neruos clausos deſcenſus prohibetur, qui ſunt instrumenta ſenſus & motus.

IX. Has affectiones symptomata grauissima consequuntur. Subitus, & inopinatus, ac si fulmine homo tactus esset: casus, cum priuatione sensus, & motus, & spiratione subito prorsus abolita, quo sit hominem derepente ut suffocatum vel strangulatum mori.

X. Nonnunquam verò mortuo, & examini similis in tertium vel quartum usq; diem dicit vitam prorsus obscurā, corde adhuc insensibiliter se mouente, respiratione sensibili sublata..

XI. Quo sit Apoplecticum ante diē quartum mori, vel intra hoc tempus vitam occultè adhuc in interioribus latet rursus manifestari, & ægrum ad se redire, quod tamē rarissimum est.

XII. Hinc quidam Medicorum aiunt CHRISTVM SALVATOREM NOSTRVM, Lazarum ante diem quartum à morte excitare noluisse, ne Iudæis ullam occasionem hoc diuinum opus calumniandi præberet.

XIII. Tertia apolexiæ species vel differentia est, quando apoplectici priuati sensu, vel motu cū summa respirandi difficultate, & inæqualitate iacent oppressi alto sopore ex quo excitari & si aciculis pugnantur, nullo modo possunt, qui rursus conuulsi vel intereunt, vel si excitentur, & ad se redeant, in paraclysin alterius lateris, vel partis alicuius incurunt.

XIV. Hinc duas apoplexiæ species, vel differentias narrat Hippocrates, & Galenus qui in Hippocratem commentatus est. Vnam fortissimam, alteram debilem vel minus fortem, sumpta differentia à spirandi difficultate.

XV. Fortissima ea est, quæ sit subita priuatione sensus & motus in toto corpore spiratione prossus abolita, quam soluere impossibile esse dicit Hippocrates.

XVI. Altera leuior vel non ita fortis cum magna respirandi difficultate, inæqualitate & nonnunquam intermissione:

ssione Spiritus, quam solucre dicit difficile esse.

XVII. Et si soluitur in paralysin vel *παραλύσιον* desinit, materia in partem aliquam, vel neroos remotiores à cerebro excilla.

XVIII. His duabus adiiciunt tertiam speciem recentiores multo mitiorem, in qua neq; anhelandi est difficultas & ordo spirandi quidam seruatur, quæ ad cari naturam proximè accedit.

XIX. Huius generis ea est quæ ex sanguine oritur, quando venis & arteriis soporalibus in cerebro sanguinis copia turgentibus & obstructis, spiritus, & calor natuus prohibita transpiratione, & eius euētatione, suffocatur: atq; hæc est cauſa intrinſeca proxima vel coniuncta huius Apoplexiæ.

XX. Extrinſecæ cauſæ coniunctæ sunt quæ possunt facere subitam redundantiam humoris facientis obstructionem, vt sunt crapula, ebrietas, nimia repletio, & similia quibus tumores augentur, & Spiritus obruti suffocantur & eliduntur.

XXI. Veræ autem apoplexiæ formalis cauſa coniuncta est quoq; contractio, vel obſtructio ventriculorum cerebri, & principii neroorum magna, & fortis, vt nihil, vel parum Spiritus vitalis per neroos ad partes subiectas descendere possit:

XXII. Causæ autem *πεγηγαθίου* materiales, præparantes, & efficientes, quæ sunt mediæ inter morbum ipsum & symptomata, sunt cerebri temperamentum frigidius, humor crassus, viscosus, multus, & frigidus, qui sua frigiditate in cerebro quoq; frigidore facile generationem spiritus animalis prohibet, Spiritus debiliores extinguit & suffocat, ac totalem obſtructionem in ventriculis, neroorum principis, venis & arteriis apoplecticis facit, vnde apoplexia fotis, Velea quam solucre difficilè est muscularis th-

racis vehementer simul adfectis.

XXIII. Rarius ex materia Melancholica, nunquam ex calida tenui biliosa, quam Spiritus animales si obstructio nem aliquam faciant, perrumpunt, & facile discutiunt, & Epilepsiam potius quam apoplexiā concitant.

XXIII. Caussæ procatarticæ sunt frigus sæpius exte num, quibus & spiritus & halitus & humores omnes ad interiora repressi densantur, augentur & obstructionem maiorem faciunt, vt accidit crapulosis, vel etiam plethoricis, si frigori vehementiori se exponant diutius.

XXV. Addo & hoc, ventriculos, nenuos, venas & arterias quæ sunt via Spiritus animalis & vitalis frigidi & humili copia contrahi & Spiritus consopiri & ligari, vnde facilior omnium partium obstructio, imo externo frigore, cerebro contracto humores, in cavitates cerebri exprimuntur, quemadmodum in tristitia & dolore animi lachrymæ cerebro compresso, profunduntur.

XXVI. Quin & adfectus vehementiores huius morbi sæpius caussæ sunt, dolor vehemens, quo cerebrum contristando in se contrahitur, ira qua humores imprimis sanguis vehementius commotus in cavitates cerebri & nenuorum principia effusus, obstructiones facit.

XXVII. Sic apostema cerebri imprimis frigidum si fuerit.

XXVIII. Sæpius ictus, plaga, casus ex alto, fulmen & similia quibus omnibus sanguis extra vasa profunditur & ventriculi concussi comprimuntur & in se concidunt, ex quo actiones animales laetivæ vel prorsus aboleri contingit.

DVBIA.

I.

An Apoplestici qui mortuis similes exanimis quasi iacet

iacent, respirent.

II.

An Apoplectici tales, ante LXXII horam, ex quo
correpti sunt paroxysmo, sepeliendi sint.

III.

Anhelitus compressione voluntaria, an quis ut apo-
plecticus vel suffocatus perire possit.

F I N I S.